

ANNO 1744

Affinitatis, cum expressione quidem carnalis copula, sed tacita, occulta, & malitiosa intentione in ipsa copula habita ad faciendam dispensationem, pro revalidatione hujusmodi dispensationis ad dictam Penitentiarium recurrant, quos idem Major Penitentiarium desuper absolute dispensare cum miserabilibus personis expresse affirmantibus se, uti tales, & sub illa expressa qualitate, & forma miserabilium, dispensationes a Dataria obtinuisse: Cum is vero, qui non tamquam pauperes, sed uti ex honestis familiis; sive uti nobiles, sive uti illustres, ab eadem Dataria similiter dispensati fuerint, non dispenset, nisi soluta prius in Dataria, ad effectum pariter erogandi in elemosinas, taxa, definita arbitrio ejusdem Majoris Penitentiarium, pensatis circumstantiis cujuscumque casus, & respectu habito ad prejudicium Compendiarie, & ad vires supplicantium. Si tamen isti pauperes essent: ita ut vere & realiter integram summam taxatam, vel aliquam ejus partem solvere non possent, prefatus Major Penitentiarium opportune in hoc casu provideat, facto verbo, si peculiaris difficultas id postulet, cum sanctissimo.

Super affinitate

§. 43. Super impedimento occulto affinitatis ex copula illicita, seu ex actu fornicario proveniente, quotiescumque adit rationabilis causa, licet periculum revelationis, seu scandalorum non immineret, vel non adesset, in matrimoniis tam contractis, quam contrahendis, in Foro conscientie dispensare, & dispensari mandare possit, & valeat.

Super impedimento crimini

§. 44. Super occulto impedimento criminis adulterii, si fuerit cum fide data dumtaxat, neutro machinante, commissum, possit tam in contrahendis, quam in contractis matrimoniis dispensare. Si vero crimen hujusmodi fuisset, utroque, vel altero machinante, patrum, possit in occultis pariter dispensationem concedere; raro tamen, & quando necessitas postulaverit, ratione alicujus gravis imminenti periculi, quod prudentia Majoris Penitentiarium, re presertim discussa in Congregatione, vel Signatura, arbitrandum erit.

Non obstantibus

§. 45. Declaramus præterea, quod facultates prælatæ a Nobis Majori Penitentiarium, & ejusdem Penitentiarium Officio concessæ circa dispensationes Matrimoniales, locum habeant, etiam gradus, & impedimenta hujusmodi multiplicia sint, quacumque, & quantumcumque multiplicitate; Volentes, in Literis hujusmodi dispensationum matrimonialium, posse Prolem, ubi opus erit, sive suscipiendam, non tamen in adulterio conceptam, in Foro conscientie tantum, legitimum decernere; necnon apponi clausulam: Nulli etc. prout in hujusmodi materiis hæcenus ipsa Penitentiarium servare consuevit.

Dispensatio potest ad petendum deb.

§. 46. Ulterius super casibus quibusvis occultis impedimenti ad petendum licite debitum dispensare, aut dispensari mandare possit, & valeat.

VIII. Dat. pro li-

§. 47. Facultates Penitentiarium minoribus ordinariis trium Basilicarum Urbis, aliisque extraordinariis, quorum deputatio pertinet ad prædictum Majorem Penitentiarium, possit idem ad libitum concedere, & restringere. Fratres vero Minores Capuccinos in Confessarios nullatenus in illis Regionibus, in quibus iidem Confessionibus audiendis operam dare non solent.

Ubi Capuccinos non deputat in Confessionibus

§. 48. Dubia omnia in materia peccatorum, seu Forum penitentiale alias quomodolibet concernentia, cum consilio Doctorum, & Theologorum suorum, valeat declarare.

Commissio Major Penitentiarium

§. 49. Commissiones vero Majoris Penitentiarium non expirent, etiam committentes, illis nondum presentatis, & re integra, definit quomodocumque Penitentiarium existere. Idemque intelligi volumus de illis commissionibus, quas Majori Penitentiarium absente, vel ex aliqua justa causa impedito, alterius Pro-Penitentiarium ad tempus subrogati nomine expeditas, elapso hujusmodi subrogationis termino, præsentari contigerit.

Concedit Indulg. in statu virgine

§. 50. Omnibus denique Christianis illis, qui ex veteri, & laudabili instituto Penitentiarium Majorem, munere suo statutis diebus Hebdomadæ Majoris in tribus Basilicis solemniter Ritu fungentem, pie reverenterque adierint, seseque penitentia virga tangentes submiserint, centum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis penitentis in forma Ecclesiæ consueta relaxandi perpetuam facultatem ei-

dem Majori Penitentiarium confirmamus, & quatenus opus sit, de novo concedimus.

§. 51. Sede Apostolica vacante, quoniam Animum salutis, quæ omni tempore periclitatur, namquam non est subvertendum, unde merito Prædecessores Nostri Officium Penitentiarium etiam post obitum Pontificis continuare jusserunt; Volumus, & decernimus, ut Major Penitentiarium (cujus facultas dicto tempore non expirat, sed tantummodo non habet exercitium extra Conclave), seu ejus Officiales, facere & expedire valeant quæcumque ad Forum conscientie pertinent. Ideo absolvere, seu absolvi mandare in dicto conscientie Foro valeant ab iis quoque censuris, a quibus alias vivente Pontifice adempta etiam Majori Penitentiarium, & Penitentiarie Officio absolventi facultas reperitur: Hac tamen lege, quemadmodum sel. record. Prædecessor Noster Clemens Papa XII. lata constitutione, quæ incipit: *Apostolatus Officium*, ad consulendum simul animum Fidelium salutis, & discipline Ecclesiæ conservationis, provide cavit; quod nempe in hujusmodi censuris, ad tempus dumtaxat, & cum reincidentia in eisdem servatis alias servandis absolutio concedatur; ita ut si fuerint absoluti, ad novum Pontificem intra terminum pro Locorum distantia definiendum, recurrere pro eadem causa teneantur; neque liceat Penitentiarium Majori, ejusque Officialibus, præfixum terminum post Pontificis electionem ampliari, vel prorogari.

§. 52. Præterea concedimus, ut, si quando aliquod gravius Animæ periculum imminet, cui celeriter occurrendum videatur, re in Signatura diligenter examinata, & Majori quoque Penitentiarium, si in Conclavi degat, pro materia gravitate consulo, & approbante, dispensare: aut dispensari mandare pro eodem Foro conscientie, valeant; super illis etiam, super quibus alias vivente Pontifice inhibita sit Majori Penitentiarium, & Penitentiarie dispensandi facultas; Ita tamen, ut Oratores, sicuti superius dictum est, ad novum Pontificem post ejus electionem similiter debeant recurrere; aliisque appositis clausulis pro casus natura necessariis, & opportunit.

§. 53. Pro Foro externo, eadem Sede Apostolica vacante, eorum Officium penitus consuevit; ita ut a quibuscumque matrimonialibus, & aliis dispensationibus, & absolutioibus, ac declarationibus, necnon quibusvis aliis expeditionibus forum fori mixtum, vel separatum quomodolibet respicientibus; omnino abstinere.

§. 54. Attamen concedimus, ut dicta Sede vacante, pro Foro externo facere & expedire valeant, quæ ad Regularium, & præsertim Apostatarum, & fugitivorum remedium, in superioribus facultatibus concessa sunt. Necnon ut Monialibus Confessarios extra ordinem valeant deputare, si eos ex aliqua rationabili causa petierint, pro eorum libitu, inter approbatos ab Ordinario ad audiendas Monialium Confessiones, eligendos.

§. 55. Et demum, ut illos, qui in aliquam censuram Sedi Apostolicæ reservatam, etiam ob violatam Ecclesiasticam Libertatem, vel Immunitatem publice incurserint, vel incurrisse declarati fuerint, & vere ac sincere penitentes, & novi Pontificis, ad quem post electionem recurrere debebunt, mandatis obtemperare parati, beneficium absolutiois sibi ulterius non differri emixe deprecantur, absolvere, cum reincidentia, quemadmodum in superioribus dictum est, vel absolvi mandare possint.

§. 56. Decernentes præsertim Literas, etiam ex eo, quod Major Penitentiarium, ac præfatus Penitentiarie Regens, & Officiales prædicti, ac alii quicumque in præmissis quomodolibet interesse habentes, seu habere prætendentes, eidem præmissis non consenserint, aut vocati, seu auditi non fuerint, aliaque quavis de causa, quantumvis legitima, & iudiciali, de ullo subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis Nostræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, retractari, in jus, vel controversiam revocari nullatenus possit; sed semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & a Majori Penitentiarium, Regente, ceterisque Penitentiarie Officialibus prædictis, aliisque, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari; sique per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, quavis aucto-

PONT. A. IV. Sede Apol. vac. Pro foro conscientie, quoad absolventum.

Et quoad dispensandum.

Pro Foro externo consuevit.

Præterquam quoad Regularium.

Et quoad Moniales pro eligenda Confess.

Et quoad omnes pro absol. ad revo. ad Cent. publ.

Et quoad Clausuras & Decretis.

PONT. A. IV.

ritate fugientes; etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alteri iudicandi, & interpretandi facultate, abque iudicari, & definiti debere: irritum quoque, & inane quicquid locus super omnibus, & singulis præmissis, vel circa ea, a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 37. Non obstantibus præmissis, & aliis quibuscumque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & dictæ Penitentiarie, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus quibuscumque, ac quibusvis vivæ vocis oraculis, privilegiis, indulgentiis, & Literis Apostolicis, ejusdem Penitentiarie Officio, illustri Majori Penitentiarium, ac Officialibus, & Ministris, & quibusvis aliis, sub quibusvis tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoris, aliisque efficacioribus, & insolitis, clausulis, & decretis in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, & alias quomodolibet per Prædecessores Nostros Romanos Pontifices, ac etiam per Nos ipsos concessis, innovatis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specificis, & individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per Clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exequi forma ad hoc servanda foret, penitus hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil tenore hujusmodi, & forma in illis tradita observata, iidem præsentibus pro pleno, & sufficienter expressis, & insertis habentes, ad effectum præsentium, illis alias in suo robore permanentibus, harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 38. Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc nostrarum compilationis, concessionum, prohibitionum, decretorum, statuti, voluntatis, declarationis, confirmationis, derogationis, aliorumque præmissorum infringere, seu ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac B. Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragésimo quarto, Idibus Aprilis, Pontificatus Nostri Anno IV.

D. Card. Passioneus J. Datarius. VISA DE CURIA. J. C. Boschi. Registrata in Secretaria Brevium.

Public. die 12. ejusdem Mensis, 1744.

DE PENITENTIARIE

Apostolicæ Officialibus, eorumque muneribus.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

IN Apostolicæ Penitentiarie Officio, per quod Romanus Pontifex concessam sibi divinitus in B. Petro Apostolorum Principe supremam ligandi, atque solvendi potestatem, maximo Ecclesiæ universæ fructu, in promovenda Fidelium salute indefinenter exercet, rectissime mandaque agendi rationem constabere, eamdemque, quantum in Domino possumus, perpetuis etiam futuris temporibus inviolabilem commendare cupientes; postquam per alias Nostras Apostolicas Literas, hac ipsa die datas, quarum initium est: *Pastor bonus*, facultates Nostræ Majoris Penitentiarium, ejusdemque Officii Penitentiarie constitimus, ampliavimus, commodiisque digestimus; Nostras quoque partes esse judicavimus ad ea similiter recognoscenda, quæ Ministros Bullar. Rom. Bened. XII. Tom. I.

Nostros in eodem Penitentiarie Officio laborantes respiciunt, ad eorum videlicet, numerum, qualitates, electionem, munera, onera, elementa, prædictis; stabilisque ordinanda, mentis Nostræ aciem eo utilius convertere, quo majus intelligimus inesse momentum in optimo desectu, atque ordine Ministrorum, ut rectus ille, atque proficuum concessarum facultatum usus asseratur, ad quem potissimum studia nostra, cogitationeque feruntur.

§. 1. Quamquam enim recolenda memoria Prædecessor noster S. Pius Papa V. in ipsa erectione hodiernæ Penitentiarie, quam, vetere suppressa extinctaque, novam ipse constituit, multa & sane præcipua de futuris ejusdem Ministris, seu Officialibus, sapienter decreverit per suam Constitutionem, quæ incipit: *In omnibus*, datam XVI. Kalendas Junias Anno MDLXIX. quam proinde Nos quoque firmam esse volumus, atque decernimus, præterquam in his, in quibus eandem præsentibus Nostris Literis consiteri adversari; Nonnulla tamen lapsa duorum ferme Saeculorum circa illa immutari debuerunt, variis de causis per alios Romanos Pontifices pariter Prædecessores nostros cognitis & approbatis: Quarum approbationem vel memoriam excidere vel fidem vacillare contingat, neve, si ignorentur, eveniat, ut hujusmodi immutationes in exemplum trahantur aliarum forsitan privato arbitrio deinceps inducendarum; ideoque necessarium & opportunum duximus omnia & singula jam prius a Nobis pensata, atque recognita, & sicubi opus fuit, correctæ, seu in melius commutata, Literis Nostris explicare, tradere, atque Apostolica auctoritate sancta, ac roborata, in omnium notitiam, inviolabiliter in posterum servanda, deducere. Motu itaque proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, de quo Apostolicæ potestatis plenitudine infrascriptas ordinationes circa Ministros, seu Officiales Apostolicæ Nostræ Penitentiarie, necnon circa ejusdem economicum statum, & regimen constitimus, & in futurum observari decernimus, & mandamus.

§. 2. Numerum quidem, & genera hujusmodi Officialium eodem fere loco retinere volumus, ac primitus fuerit a memorato S. Pio constituta; uno dumtaxat & altero, non ad novum genus Officii, sed ad Officialium numerum adjuncto. Itaque hi, & non alii Officium Penitentiarie constituent; videlicet Major Penitentiarium, Regens, Theologus, Datarius, Canonista, Corrector, Sigillator, Procurator, seu Secretarii tres, & Scriptorum ordinarii itidem tres; uno nimirum Procuratore, & Scriptorum uno, jam usque a primordiis recentioris Penitentiarie, propter admodum in dies negotiorum, & supplicantium multitudinem, ultra priorem numerum in prædicta Beati Pii Constitutione præfinitum, inductis.

§. 3. Major Penitentiarium unus fit ex S. R. E. Cardinalibus, Presbyter, idemque Magister in Theologia, seu Decretorum Doctor; atque a solo Romano Pontifice eligatur per literas, ut hæcenus moris fuit, in forma Brevis. Suum autem munus per se ipsum exercere debebit. Sed si ex causa legitima, a Romano Pontifice admissa, absens, seu impeditus fuerit; ipsemet unum alium e S. R. E. Cardinalibus, prædictis qualitatibus insignitum, sibi Pro-Penitentiarium subrogabit; qui interim hoc munus pariter per seipsum prosequatur, Literatque, non Penitentiarium subrogantis, sed suo proprio nomina jubeat expediri.

§. 4. Quod si contigerit, ut Major Penitentiarium tempore vacantis Pontificis Sedis e vita discesserit; tunc a majore numero Cardinalium in Conclavi degentium, vel ante conclave ingressum in Congregatione generali convenientium, eligendus erit per secreta suffragia alius Cardinalis Pro-Penitentiarium ad ejusdem Sedis vacantis tempus; prout evenisse meminimus, Sede vacante per obitum fel. mem. Benedicti Papæ XIII. in personam Venerabilis Fratris Nostri Vincentii Episcopi Præfati, tunc Tituli S. Honuphrii S. R. E. Presbyteri Cardinalis Petri nuncupati, cum illustri totius Collegii S. R. E. Cardinalium de illius integritate, ac doctrina testimonio, quod deinde iudicio suo comprobavit sel. par. record. Clemens Papa XII. Prædecessor Noster, eandemque electionis formam pro simili eventu Pontificis Sedis vacantis distinctius postea constituit, atque in futurum servari mandavit in sua Constitutione. T. 2. quæ.

ANNO 1744

Confirmatur Conditio S. Pii V. in caption. la omnibus.

Causæ præfatis Constitutionibus.

Numerus, & genera Officialium offic. Penitentiarie constituitur.

Cardinalis Majoris Penitentiarium a solo Pontifice eligendi, qualitates. Eidem impedito, vel absenti, facultas tri- bus sibi subrogandi Pro-Penitentiarium.

Ratio eligendi Causæ. Pro Penitentiarium eveniente obitu Majoris Penitentiarium 1744. Vacante.

ANNO 1744

Præcipua materia a Majori Penitentiario obcuranda.

Minores Penitentiarios in tribus Basilicis Urbis, in Ecclesia Laurentiana, ac pro Anni Sancti tempore in Basilica S. Pauli, aliosque Urbis deputat.

Idem et Viros quatuor ad peragenda exercitia Spiritualia in domo Missionis designat.

quæ incipit: *Apostolatus Officium*, datam IV. nonas Octobris Anno MDCCXXXII in qua plures ordinationes circa res eadem Sede vacante agendas complexus est, cuique subscripto S. R. E. Cardinalium, ac de eadem servanda juramentum accessit.

§. 5. Præcipuum vero Majoris Penitentiarii munus in recto, ac prudenti exercitio facultatum sibi concessarum, atque aliis supradictis Literis nostris comprehensarum, positum est. Sed est quoque ejus muneris, quatuor diebus Majoris Hebdomadæ, Dominica quidem Palmorum in Basilica S. Joan. in Laterano, Feria vero quarta in Basilica S. Mariæ Majoris, & quinta, & sexta Feriis in Basilica S. Petri Vaticana, Fidelium Confessiones in Sede ad id constituta excipere, necnon capita pie submittentium Virga Penitentiali tangere, Indulgentias eisdem juxta facultatem in prædictis aliis Literis contentam impertiendo; præsentibus interim, & per sua sedilia dispositis Penitentiariis Officialibus. Præterea tribus anni diebus, quibus maxime ad penitentiam Fideles excitantur, videlicet Feria quarta Cinerum (qua die ipse cineres capiti Summi Pontificis, Cardinalium, cæterorumque assistentium impersgit), & mane Feriæ in Parasceve, diei Commemorationis Fidelium Defunctorum, solemnè ritum Divinam in Pontificia Capella peragere. Ad hæc Romano Pontifici in supremo vitæ agone constituto, ad spiritualem eisdem in tali articulo ferendam opem, assistere.

§. 6. Ad eundem pertinet minores Penitentiarios Ordinaris a se ipso, & a Congregatione, seu Signatura Penitentiaria prius examinatos & approbatos, alioquin ad Officium minime admittendos, in tribus Urbis Basilicis constituturæ, & deputare, eisque facultates pro sua prudentia, vel majores, vel minores concedere, qui postquam admitti fuerint, non poterunt sine eisdem Majoris Penitentiarii licentia ab officio dimitti, seu ab eisdem exercitio discedere. Idemque intelligi volumus quoad Minores Penitentiarios Laurentanos, quorum examea valeat idem in absentia etiam Episcopis in Partibus sibi beneficiis committere. Quin etiam poterit certum numerum extraordinariorum Penitentiatorum pro Basilica S. Petri eligere, atque in ea constituræ, ut consuetis anni cujuscumque diebus, quibus major esse solet Penitentium concursus, eorum audiendis Confessionibus præsto sint. Atque insuper pro recurrentis Anni Sancti tempore suos quoque pro Basilica Sancti Pauli extra muros Penitentiarios designare; aliosque etiam, eodem anno durante, similibus facultatibus munitos, sive in nominatis Basilicis, sive in cæteris tam Sæcularium, quam Regularium Urbis Ecclesiis, prout magis expedire visum fuerit, pro magna Fidelium tunc confluentium copia, extra ordinem multiplicare. Demum per idem tempus Virum providum ac peritum deputare possit, qui frequens adeat supradictos Penitentiarios in quatuor majoribus Basilicis laborantes, ut libellos supplices pro peculiaribus Penitentium necessitatibus forte offerendos ab eis, recipiat, eorumque celerem apud Penitentiarium expeditionem sedulo curet, & ad Penitentiarios prædictos quamprimum referat, aliisque gerat, quæ Major ipse Penitentiarius pro recto rerum ordine gerenda mandaverint.

§. 7. Ad eisdem Majoris Penitentiarii manus pariter spectabit personas seu Sæculares, seu Regulares, quibus id expedire judicaverit, ad peragenda exercitia Spiritualia in Domo Missionis; prope Curiam Innocentianam sita, designare; pro jure scilicet, quod idem Major Penitentiarius habet, nominandi quolibet anno quadraginta quatuor Viros in dicta Domo per congruum ejusmodi Exercitiorum tempus gratis sustentandos; quem ad finem eidem Domui assignata reperiuntur annua scuta centum monetæ Romanæ, partim ex bonis propriis per memoratum Venerabilem Fratrem Nostrum Vincentium Episcopum Præsentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Petra nuncupatum hodiernum Majorem Penitentiarium, laudabili pie liberalitatis exemplo, in adeo proficuum opus attributis; partim ex superfluis Penitentiariæ proventus, usque ad primam vacationem Officii Sigillatoris; ac post hujusmodi vacationem, ex emolumentis futuri pro tempore Sigillatoris in perpetuum perfolvenda; prout statutum fuit per Literas sol. rec. Clementis Papæ XII. Prædecessoris Nostri Motu proprio exaratas sub die xiv. Febr. Anni MDCCXXXII. quas quidem Literas cum omnibus ordinationibus, conditionibus, &

clausulis in eisdem appositis, approbamus, & confirmamus, ac perpetuis futuris temporibus observari jubemus.

Reliqua autem Majoris Penitentiarii munera, atque onera eidem adnexa cum ex alteris Literis Nostri, in quibus ejusdem, & Penitentiariæ Nostre facultates complexi sumus, tum ex iis, quæ in præsentibus subjiciuntur, dignosci poterunt.

§. 8. Emolumenta vere ejusdem, quæ varia pro variis fuere temporibus, cum demum per sel. mem. Innocentium Papam XII. atque iterum per similes record. Clementem Papam XI. Prædecessores Nostros constituta sint scuta auri centum pro quolibet mense; Nos etiam eorum assignationem ratam esse volumus, & quatenus opus sit, eadem de novo concedimus, & attribuimus.

§. 9. Sed præterea per supra memoratum Clementem Papam XII. assignata fuerunt eidem Majori Penitentiario et superfluis Penitentiariæ emolumentis annua scuta monetæ ducenta, eroganda in Pauperes ad eandem Penitentiarium, seu Majorem Penitentiarium, pro negotiis ad Penitentiarium spectantibus recurrentes; cum declaratione, quod hujusmodi elemosynæ inter impensas, & onera Penitentiariæ connumerentur; reservata insuper Majori Penitentiario facultate ad eundem Summum Pontificem in casibus particularibus, in quibus major summa pro hujusmodi elemosynis requireretur. Quam assignationem, declarationem, ac reservationem, una cum derogatione applicationis prædictorum superfluatorum per Innocentium Papam XII. factæ Hospitio Apostolico Pauperum S. Michaelis de Urbe Motu proprio prædicti Clementis Papæ XII. die xii. Maji Anni MDCCXXXII. roboratas, Nos itidem approbamus, & confirmamus, & quatenus opus sit, præsentium tenore denuo concedimus, & constituimus.

§. 10. Officialium autem post Majorem Penitentiarium superius enumeratorum hæc potissimum qualitates erunt. Regens, Datarius, Theologus, & Decretorum Doctor eligentur Viri eximia doctrina præstantes, castrumque conscientia periti. Corrector sit in Decretis, sicut, cæterisque Penitentiariæ rebus diligenter versatus, & instructus. Sigillator probatæ fidei, & uti id munus postulat, omnium Officii expeditionum peritus. Procuratores quoque, & Scriptoris, vita, moribusque integris ornat, & ad suum quisque officium exercendum idonei. Ad hæc omnes prædicti Officii Penitentiariæ Ministri etiam Procuratores, & Scriptoris, sint Presbyteri, vel certe in aliquo ex Sacris Ordinibus constituti.

§. 11. In electione prædictorum Officialium hæc ratio, & methodus servanda erit. Regens, Theologus, Datarius, Decretorum Doctor, Corrector, & Sigillator, Majoris Penitentiarii cura, & sollicitudine delecti ac Romano Pontifici ab eodem præsentati, ubi Pontificiam confirmationem obtinere meruerint, Literis Patentibus ipsius Majoris Penitentiarii, electis, & confirmationis hujusmodi testibus, cum subscriptione alicujus Secretarii expeditis, ad suum quisque Officium admittantur. Ad Procuratorem vero, & Scriptorum officia ab eodem Majori Penitentiario non alii eligantur, & recipiantur, quam qui prius, indicto publice Concursum, & mora sex dierum interposita, a Rege, & Correctore super vita, moribus, ætate, scientia, cæterisque requisitis qualitatibus diligenter examinati, & comprobati fuerint; alioquin omnes prædictorum Officialium successiones, etiam si a Romano Pontifice ex aliqua causa aliter factæ fuerint, pro irritis habeantur. Qui autem rite juxta præscriptam formam electi fuerint, suis pariter patentibus Literis a Majori Penitentiario munitantur, atque ad exercenda propria munera, singulis inferioris designanda, admittantur.

§. 12. Regentis porro munus, quod ex inveterata consuetudine uni ex Pontificis Capellanis Casuarum Palatii Apostolici Auditoribus committi solet, in eo situm est, ut negotia universa, ea, qua decet puritate & diligentia, dirigi studeat & expediti; proindeque petitionis, casusque omnes ad Penitentiariæ Officium deducos in primis diligenter examine; quæque perspicua sint, & secundum communem in eodem Officio cursum, absque difficultate expediti consueverunt, eadem expediti jubeat; cum nullus omnino negotii, quantumvis ordinarii, vel clari expeditionem, & sine prævia ipsius Regentis cogni-

PONT. A. IV.

Assignatio scuto. scuto. auri quilibet mense. Penitentiario constituitur.

Alla assignatio scuto. scuto. auri quilibet mense. Penitentiario constituitur.

Qualitates in anis Officialibus requiruntur.

Methodus servanda in electione, & receptione prædictorum Officialium.

Munus Regentis designat.

ANNO 1744

PONT. A. IV.

Munus Correctoris.

Munus Theologi Consultoris.

Munus Confessoris Canonici.

Munus & Onera Sigillatoris.

Munus Procuratorum.

cognitione, & approbatione Procuratoribus liceat incipere. Quæ vero dubia, vel obscura, vel aliqua difficultate involvata complexerint, ea Regens ipse ad Majorem Penitentiarium referat, ut diligentius examinentur, ac demum in ejus Signatura proposita decendant. Ut vero primi generis, quæ diximus, explicatio negotia quam celerime conficiantur, idem Regens singulis Hebdomadis Procuratoribus apud se convenire iussit, ac precibus recurrentium consideratis, suoque ad singulas convenienter rescripto subnotato, ab eisdem Procuratoribus absque longiori mora expediti mandet.

§. 13. Corrector, ut expeditiones apto & convenienti stylo conscriptæ, sanæ, & integre emittantur, earum schedulas, sive Minutas, seu Supplicationes a Procuratoribus confectas diligenter recognoscant, examinet, & corrigat, etiam, quoad fieri poterit, antequam Literæ ipsæ integræ & munde, ac lituræ, rasurisque profusis carentes expeditantur.

§. 14. Datarius in calce supplicationum Datam, loci, diei, mensis, & anni, tam Eræ Christianæ, quam Pontificatæ, adscribat; vel Romano Pontifice demortuo, notam Sedis vacantis apponat.

§. 15. Theologus Consultor, quod quidem munus uni ex Presbyteris Societatis Jesu diuturna nec interrupta successione commendari consuevit, super petitionibus & casibus magis arduis, & implexis, qui ad ipsam a Majori Penitentiario, vel Rege, maturius considerandi & examinandi remittuntur, adhibito diligenti studio, iudicium suum, etiam in scriptis, si hoc ab ipso requiratur, aperiet.

§. 16. Canonista item Consultor, seu Decretorum Doctor, similiter a Majori Penitentiario, vel Rege requisitus, suum pariter consilium super casibus ad se remissis, post accuratum examen, etiam in scripto, ubi id ab eo postuletur, proferre debet.

§. 17. Sigillator Literas ætatenus recognoscit, ut manus requisitæ illis appositæ sint, & earum Datæ cum libello supplicationis concordent; deinde ipsas sigillo Penitentiariæ obsignet, ac demum obsignatas, & in totum gratis expeditas, Procuratoribus remittant. Insuper memoratus Sanctus Pius Papa V. in sua Constitutione, quæ incipit, in eorum rerum commutatione, data xiv. Kalendas Junias Anno MDLXIX. in qua vetera Collegia Scriptorum & Procuratorum Literarum Penitentiariæ a se ipso suppressa ad Cancellariam Apostolicam sub nova denominatione Scriptorum, & Procuratorum Literarum Apostolicarum Minoris Gratiæ, tradidit, ad eundem Sigillatorem pertinere voluit peculiarem curam omnium expeditionum, quæ per duo prædicta Collegia ferent, atque proventum Penitentiariæ ex hujusmodi expeditionibus percipiendorum actionem, & administrationem; compilationem quoque, & asserationem Regestorum, tum omnium Supplicationum ad materias Minoris Gratiæ spectantium, quam Literarum Apostolicarum super eis consiciendam; quemadmodum etiam in altera supradicta Constitutione super nova erectione Officii Penitentiariæ edita, eidem Sigillatori aliorum omnium Documentorum & Scriptorum ad ipsam Penitentiarium pertinentium custodiam demandavit, ejusdemque fidei & periculo commisit. Quæ licet ex magna parte non jam per se ipsum, sed per Pro-Sigillatorem exercere, immutata etiam aliquatenus agendi methodo, jam pridem ei concessum fuerit; ipse tamen Sigillatoris, erit invigilare, & dare operam, ut omnia quæque per dictum Pro-Sigillatorem exercenda, quæ cuiusmodi sint, inferius statuimus, recte ac fideliter ab eodem administrantur.

§. 18. Procuratores, seu Secretarii, inter quos materia iusta portione dividenda erunt, commissa sibi quisque negotia sedulo diligenterque prosequantur. Libellos supplices, literasque a recurrentibus missas integre percurret, attentè perpendant, earumque compendia, cum ita res feret, fideliter conficiant. Cuncta vero ad Majorem Penitentiarium, vel Regentem referant, nihilo penitus responso scribere aggrediantur, absque alterutrum mandato. Quo recepto, antequam ad expeditionem Literarum partibus tradendam quoquo modo procedant, Supplicationes seu Minutas super materis, ubi illis opus erit, per extensum exarare debeant, a Correctore recognoscendas. In expeditionibus autem quibuslibet extendendis, exacta uniformitas

sentiam, & clausularum, quæ fieri poterit, a singulis observetur. Quamobrem summopere conducet formulas habere præ manibus suo quamque generi petitionum accommodatas, & a Majori Penitentiario, cum consilio sex majorum Officialium superius memoratorum, prius comprobatas; a quibus, nisi ex gravi causa per Majorem Penitentiarium, vel Regentem admissa, nullatenus recedere supradictis Procuratoribus liceat.

§. 19. Scriptoris demum, æqua scribendarum rerum divisione inter eos facta, caractere puro, claro, & minime deformi, & in iis, in quibus id moris est, Antiquo, sive, ut ajunt, Bullatico, eodem tamen quam maxime intelligibili, demandatis sibi Literas accurate, integreque describant, literasque quaslibet aut rasuras prædiligenter caveant. Idem in libros seu regesta referant, quæ ipsis dabantur eo referenda; videlicet Oracula, si qua emanarint, Romanorum Pontificum; Decreta, & Instruções Majoris Penitentiarii, & Signaturæ, regimen secretæ Penitentiariæ concernentia; resolutiones aliquot exemplares casus alicujus raris, & implexioris; Supplicationes super dispensationibus, præsertim matrimonialibus, a communi cursu recedentibus, seu pro foro etiam externo de speciali Romani Pontificis mandato concessis; & si quid aliud extraordinarium & singulare, memorique dignum, ita conservandum videbitur.

§. 20. Omnes vero Officiales supradicti Officia sua per se ipsos maxima diligentia, & fidelitate exercent. Solum autem presentes, & actu exercentes, fructus & emolumenta percipiunt; nisi forte aliquis eorum ex justa causa absens, seu legitime impeditus existat. Quod si aliquis ex majoribus Officialibus hujusmodi impedimento detentus, vel absens fuerit, alter Officialis propinquior, juxta Sessionis in Signatura ordinem, suppleat impediti, seu absentis vices, ita exempli gratia subscribendo: *Pro D. Rege N. Datarius*; si autem aliquis ex Procuratoribus, aut Scriptoribus, legitime, ut supra, impeditus, vel absens fuerit, possit Major Penitentiarius, durante legitima absentia, vel impedimenti causa, alium aliquem in ejus locum assumere, seu subrogare, præstito solito juramento, & cum eisdem obligationibus, i quibus alii Procuratores, & Scriptoris tituli obstringuntur.

§. 21. In Signatura Penitentiariæ, quæ alternis diebus per Majoris Penitentiarium designanda, haberi solet, interesse debent, ipso Majori Penitentiario præsentibus, omnes prædicti Officialis, Scriptoribus exceptis. In ea vero, singulis Procuratoribus demandatis sibi petitiones referentibus, casibusque præsertim dubiis reliquorum sex Officialium consultatione discussis, & examinatis, cum maturo omnium iudicio decisus, congruam Rescriptum a Rege propria manu breviter utiulque petitioni subjicietur, latius deinde a Procuratoribus explanandum.

§. 22. Secreto potissimum, & gratis, quæ laus est maxime propria hujus Officii, negotia quæcumque in eo expedienda esse, omnes & singuli prædicti Officialis intelligant. Itaque super rigorosa utriusque capituli observantia sancta jurant, juxta præscriptam formulam, quæ est: *Ego N. Rege, ab hac hora, in antea Formam Juramenti ab u. Petro, & Domino Nostro Papæ, ejusque Successoribus canonice intrantibus; Officium meum fideliter exercebo, & gratis; ejusque ratione, ne nihil ab aliquibus, etiam sponte oblatum, vel donatum, accipiam, præter quam salarium mihi constitutum. Secreta Sacre Penitentiariæ, & occultos casus, ac personas, de quibus in ea tractabitur, nunquam cuiquam extra Officium revelabo, & ita juro ad Sacrosanctam Dei Evangelia.* Quod juramentum uniusquisque, cum primum ad suum munus exercendum admittitur, in manibus Majoris Penitentiarii præstare debet; atque insuper omnes, singulis annis, in prima cuiusque anni Signatura iterabunt. Qui autem juratum secretum violaverint, non levius punientur, quam Presbyteri Confessiones peccatorum prudentes. Qui vero, contra alteram juramenti, partem, aliquid vel minimum a partibus, aut aliis, sive cæteris expeditionibus, sive extraordinarii laboris in procurando, aut scribendo, aut recognoscendo, aut examinando, sive alio quo-

Manus Scriptoris.

Officiales prædicti Officia sua per se ipsos maxima diligentia, & fidelitate exercent.

Ratio suppleendi vices Officialis absentis, vel legitime impediti.

De Signatura Penitentiariæ, interesse debent, ipso Majori Penitentiario præsentibus, omnes prædicti Officialis, Scriptoribus exceptis.

Expediendos nec omnes secreta, & gratis hiant.

Forma Juramenti ab u. Petro, & Domino Nostro Papæ, ejusque Successoribus canonice intrantibus; Officium meum fideliter exercebo, & gratis; ejusque ratione, ne nihil ab aliquibus, etiam sponte oblatum, vel donatum, accipiam, præter quam salarium mihi constitutum.

Pæne, quibus debentur Officiales juramento contententur.

ANNO 1744

quocumque titulo, aut colore, acceperint, officio suo privati ipso facto censeantur, & excommunicationis sententia inmodati, cuius nequeant absolutionem ab alio, quam a Romano Pontifice, extra mortis articulum, obtinere: At si huiusmodi crimen admisisse convicti fuerint, præter censuras & pœnas contra talia admittentes superius, aut alias quomodocumque propo- sitas, non solum officiorum suorum privationem incur- rant, sed ad futura etiam inhabiles, & infames re- putentur, prout Nos illos ipso facto privatos, inhabi- les, & infames harum etiam tenore declaramus.

Indicuntur Penz Officialibus dolosa.

§. 23. Caveant præterea, ne Officiorum suorum exercitio cum fraude, aut dolo, aut alius generis captione se gerant, neve ipsi Partibus quicquam dolose, & fraudolenter suggerant, quo facilius optata impetrare possint. Sed petitiones dumtaxat iustas, rationabiles, & honestas proponant. Quod si dolum, aut fraudem fecisse convicti fuerint, eodem modo, ac de accipientibus munera superius constituis, ultra pœnas alias talibus indicatis, privationem Officiorum, inhabilitatem, & infamiam pariter incurrant.

§. 24. Officia omnia memorata perpetua sint, durante obtinentium vita; neque, secluso casu legitimæ priva- tionis, cuius occasione, & causam perpetuo abesse vehementer optamus, & in Domino confidimus, aliter vacare censeantur, quam per liberam parameque ip- sorum dimissionem, vel per promotionem ad Cardinalatum, aut Episcopatum residendi onus afferentem, vel per translationem ad aliud eisdem Penitentiarie officium. Omnium vero prædictorum Officiorum in ip- so Penitentiarie Officio constitutorum venditionem, aut quamvis aliam dispositionem ad tacitam, vel ex- pressam ea dimittentium voluntatem, districte prohibemus. Sed illa omnia prohis, & peritis Vitis, gratis omnino, & sine ulla dimittentium, aut aliorum quo- rumcumque gratis, & acceptione concedantur. Quod si secus factum fuerit, quæcumque concessiones de illis pro tempore factæ, irritæ sint, ac nullius roboris, vel momenti.

§. 25. Cum autem æquum non sit, Officiales hocse haud mediocriter laboraturos, congruis honorariis deliti- bus, & emolumentis iisdem a Prædecessoribus Nostris Ro- manis Pontificibus jamdiu constituta omnino salva, ac firma esse volumus, & mandamus. Singulis proinde Of- ficialibus prædictis pendantur in singulos menses auri feu- ta, Regenti quidem vigintiquinque; Datario vero, & Correctori, ac Sigillatori quindecim; Collegia Minoris Gratia expediri solita, inferius explicando, Theologo an- tem, & Canoniste decem; Procuratorum cuique duo- decim, & unicuique Scriptorum sex. Tibuantur præterea omnibus charta, attamentum, cera, capsula, cordula, aliaque id genus hætenus subministrari consue- ta.

§. 26. Si quando eveniat, ut aliquis e sex Majoribus Officialibus absens a Curia de mandato Romani Ponti- ficis in Sedis Apostolica obsequio alibi occupetur, per- tinentem vero Major Penitentiarie, facto verbo cum ipso Pontifice, alium aliquem ei substituere poterit, servatis debitis formis, & conditionibus; atque huic ita sub- stituto conveniens aliquod emolumentum a Penitentia- ria preventibus assignare. Simili autem Substituto Pro- curatoris, vel Scriptoris quavis ex causa legitime im- pediti, par emolumentum obveniat, ac titulo ipsi Officio, pro- Procuratori, five Scriptori. Cum vero aliquod vel Pro- curatoris, vel Scriptoris officium per aliquod tempus vacare contigerit, reliquis, quibus interea labor accre- scit, æquum est, ut simul pro rata parte preventus vacantis accrescant.

§. 27. Extraordinarios porro Scriptores liceat Majori Penitentiarie, pro excellenti nonnumquam expeditio- num multiplicata assumere; dummodo supradictis qualitatibus, quas pro Ordinariis requiri decrevimus, minime careant, ac juramento ipsi Ordinariis præscri- ptum præstent. Et re tamen Penitentiarie erit, ne ha- jusmodi nimis multi admittantur, atque convenientia demandatis laboribus subsidia, quæ prædicti eisdem Majoris Penitentiarie arbitrio taxanda relinquimus, eisdem persolvantur.

§. 28. Post recensitos demum Officiales, ordinationef- que circa eorumdem singulos hæcque statuta, men- tio facienda est de Ministro illo, qui Penitentiarie Capellanus nuncupari solitus, in eisdem ministerium

Qualitates, onera, & emolumenta Capellani penitentiarie, a Majori Penitentiarie depu- tati.

serius adscitus est. Is idem aut Presbyter, aut in Sa- cro aliquo Ordine constitutus, a Majori Penitentia- rio eligi, atque Aule, in qua Signatura Peniten- tiarie habetur, Janitorem agere, ideoque & cæteris impostum juramentum præstare debet. Dies etiam, & horas tant Signaturæ ipsius, quam aliarum Pen- tentiarie functionum, a Majori Penitentiarie præ- fectis, datis ad singulos Officiales schedulis, indicet, & eorum indicendorum concursuum pro electioni- bus Procuratorum, & Scriptorum exercebit. Quod quidem Nos munus, adnexamque eidem emolu- mentum scutorum auri trium in singulos menses, au- thoritate Nostra comprobamus; & confirmamus, & quatenus opus sit, de novo originus, concedimus, & constituimus.

§. 29. Ad economicum nunc Penitentiarie statu- curam Nostram intendentes, in primis, quod sæpe- dictus Sanctus Pius Papa V. decrevit in supracitata Con- stitutione, quæ incipit, In eorum rerum commutatione, ut scilicet emolumenta eisdem Officii Penitentiarie, inter Majorem Penitentiarium, ejusque Officiales jux- ta præscriptam formam distribuenda, ex expeditioni- bus Collegiorum Minoris Gratia perciperent: id ip- sum cum limitatione inferius danda, adprobamus, & confirmamus supramemoratum Penitentiarie Sigillato- rem ab onere administrandi huiusmodi emolumenta, quod ipsi potissimum in eodem Constitutione imposi- tum fuit, minime liberantes; non obstantem quacum- que in contrarium consuetudine antehac introducta, & solvitur; potest tamen cum per Pro- sigillatorem exercet.

§. 30. Pro-Sigillator igitur a Majori Penitentiarie eligitur, vir celebs, & prima saltem tonsura insigni- tus, ætate matura, morum probitate scientiaque ad suum obeundum munus necessaria præditus, quique ho- na in Urbe habeat, vel idoneam cautionem, seu fidei- jussionem exhibeat, ut si quod ejus culpa damnus Pen- tentiarie obvenierit, haud deest unde refarciri queat. Duplex porro erit huiusmodi Pro-Sigillatoris manus; alteram nempe Exactoris, & administratoris Proven- tum Penitentiarie; & alteram Registratoris non unius generis rerum, quæ infra exprimentur. Eaque mu- nera, sub Sigillatoris directione, & cum ea, qua par est, fide & diligentia exercebit, sequenti ratione.

§. 31. In omnibus expeditionibus, quæ per prædicta Collegia Scriptorum, & Procuratorum Minoris Gratia- rum, tam Supplicationes a Procuratoribus confectas, quam Bullas desuper exaratas capiet, illas quidem in Cancellaria, has vero in Bullaria post subiectum Plum- bum. Deinde, cum utraque Domi suæ inter sese ac- curate contulerit, Supplicationes apud se retinebit, Archivio inde inferendis; omnes vero Bullas in parti- culari libro a Taxis nuncupato, sub sui quaque Pro- curatoris nomine adnotari, tum easdem in Regesto quæcumque, ne expeditiones retardentur, describi, atque ita registratas ad exemplum de more consueti curabit; & proprio nomine singulis Bullis subscripto, eas tradet supradictorum Collegiorum Depositario, cui ab Expectoribus emolumenta legitime taxata persol- ventur. Post hæc idem Pro-Sigillator, cuiusque mensis dimidio, rationes, seu computa habeat cum unoquo- que Minoris Gratia Procuratore, super Bullis ejusdem Procuratoris cura in proximo superiori Mense expeditis; ad hoc, ut quilibet Procurator prædicto Deposita- rio suum dirigit mandatum solvendi portionem ad Pen- tentiariam spectantem; juxta Taxas a Prædecessori- bus Nostris adprobatas.

§. 32. Depositarios autem huiusmodi solutionem in hunc modum explebit: Diriget nempe mandatum, seu Ordinem ad Priorifores Montis Pietatis (in quo quidem Montis tota summa Penitentiarie debita de- ponenda erit,) ut ii eandem summam Pro-Sigillato- ri solvant, ad effectum, in ipso tempore Ordinis con- textu exprimentum, ut hic eam ipsam ibidem relin- quat ad creditum Penitentiarie, esse debe- re Majoris Penitentiarie. Quæ quidem Ordinem Pro- Sigillator re ipsa transferet ad dictam creditum, & dispositionem; alioquin de damno tenebitur. Postea

PONT. A. IV.

Perceptio emolumentorum Penitentiarie ex expeditione. Colleg. Min. Gratia & P. V. de statu constituitur.

Sigillator ab administratione didot. emolumentor. non ab- solvitur; potest tamen cum per Pro- sigillatorem exercet.

Qualitates & munera Pro- sigillatoris.

Ejusdem of- ficii.

Ratio exi- gendi de- ponendi, & solvendi Pen- tentiarie.

PONT. A. IV.

Major Penitentiarie sua mandata, seu Ordines con- ficiet de summis ex prædicto Deposito solvendis, tam pro honorario Officialium, seu Ministrorum, quam pro aliis quibuscumque eisdem Penitentiarie oneribus, & expensis. Hunc enim modum exigendi, deponendi, & solvendi præscriptum a fel. rec. Clemente Papa XII. Prædecessore Nostrum per suum Chirographum edi- tum die 11. Februarii anni MDCXXXIV. Nos quo- que approbamus, & confirmamus, atque in posterum inconcussa servari volumus, & mandamus.

Applicatio superfluo- rum peni- tentiarie ab Innocentio XII. facta. Holignio Pauperum Invalidorum innovatur.

Pro-Sigilla- tor a quali- bet Bulla Min. Gr. ob- s. Sigillator exigat, ex quibus in mensem fe- br. 22. sibi, & duobus Re- gistratorib. Ord. detraha- tur.

Regesta a Pro-Sigilla- tore confi- cienda, & servanda.

Emolumenta tam certis, quam incer- tis Pro-Sigil- latoris.

§. 33. Neque hic omittendum ducimus, quod, de- ductis a prædicta summa ex expeditionibus Collegio- rum Minoris Gratia redigenda, atque in Monte Pie- tatis deponenda, emolumentis, atque honorariis prædi- cto Nostrum pro tempore Majori Penitentiarie, atque Officialibus, cæterisque Ministris Penitentiarie persol- vendis, aliisque expensis, & oneribus in eadem Pen- tentiarie occurrentibus, & prudenti Majoris Peniten- tiarii arbitrio determinandis, quicquid reliquum ex di- cta summa erit, id totum & integrum cedere omnino debet Hospitio Pauperum Invalidorum S. Michaelis de Urbe, juxta applicationem eidem Hospitio factam per fel. rec. Innocentium Papam XII. data Constitutione sub die 11. Kalendas Junii Anni MDCXCIII. quam applicationem ab aliis Prædecessoribus Nostris confir- matam, Nos quoque firmam, & ratam esse volumus; & mandamus & quatenus opus sit, iterum auctoritate Nostra statuis, & innovamus.

§. 34. Ad reliqua vero supradicti Pro-Sigillatoris Of- ficia redeunt, statuis, ut ultra prædictam sum- mam ipsi Penitentiarie Officio assignatam & debitam, ex iisdem expeditionibus Minoris Gratia exigat, no- mine peculiari Sigillatoris, & pro ipso Sigillatore, obholos olo e qualibet Bulla. Ex quo Sigillatoris spe- ciali proventu detrahet quolibet mense scuta monetæ viginti duo, pro mercede persolvenda Registratoribus, seu Revisoribus, sub ipso Pro-Sigillatore laborantibus, qui esse quatuor solent. Ordinarii duo, totidemque adjuncti: Et primis quidem duobus, a Majori Peni- tentiarie deputatis, solvitur in singulos menses scuta duodecim; reliqua decem relinquuntur ipsimet Pro-Sigillatori, qua Registrator etiam est, ut superius in- junctum, ad hoc, ut pro suo libito de duobus aliis ad- junctis provideat.

§. 35. Præter Regesta vero supradicta, seu Libros ad expeditiones Minoris Gratia pertinentes, idem Pro-Sigillator Regestum, seu Regesta alia servabit, in quæ referentur Suprema Romanorum Pontificum, aliaque Majoris Penitentiarie, & Signaturæ Decreta necnon omnia quæcumque Instrumenta, vel Documenta, statu- tum Economicum Penitentiarie concernentia. Lite- rarum item Patentes Majoris Penitentiarie de Officialium, aliorumque Ministrorum electione; denique alia quælibet ad publicum Penitentiarie regimen, & statum spe- ctantia; veluti Bullæ Institutionis, Reformationis, Facultatum, Officialium, aliorumque huiusmodi, Brevia item electionis Majoris Penitentiarie, Chirographa, atque alia his similia. Quorum omnium sua sub cura, & cum periculo suo conservandorum, ne quod lapsu temporis pereat, neglectumve jaceat, authenticum In- ventarium, ac Regestum conficere teneantur; quid- quid postea additum, statutum, concessum, seu vetum erit, id totum quæcumque quamprimum adscri- batur; & sic deinceps hæc omnia in futurum Pro- Sigillatorum fidem, cum eisdem conditionibus & peri- culis, deponantur.

§. 36. Jam vero emolumenta Pro-Sigillatoris erunt, primo annua scuta monetæ quadraginta, eidem solven- da a Penitentiarie, intuitu Domus conducendæ pro- servandis Regestis, seu Libris supradictis. Item con- sueta olei pro alendis luminibus in singulos menses mensura. Tum supradicta menstrua pensio, eidem, tamquam Registratori, a Sigillatore de propriis pro- ventibus persolvenda. Demum varia quedam ipsi ob- venientia a Minoris Gratia expeditionibus, sive illa- rum occasione, quæ in summam certam redigi ne- queant; in quibus tamen percipiendis non ei licebit ex- cedere mensuram per legitimas taxas, & per probatum Curie stylum pro singulis adibus, seu corrigendi, seu sumpta, ut vocant, tradendi, seu alius, siqui sunt, præscriptam, & definitam. Prædictis autem emolumentis futuri quilibet Pro-Sigillatoris contenti esse debe- bunt, quibuscumque in contrarium non obstantibus.

§. 37. Archivium porro Penitentiarie, quod Præ-

decessorum nostrorum providentia in Apostolicis nostris ANNO 1744. Edibus Vaticanis collatum reperitur, cuiusque præci- pua curam, inherentes sapientem memoratis dispositioni- bus S. Pii Papæ V. inter munera Sigillatoris superius ennumeravimus, ita ipsius Sigillatoris studio, & vigi- lantia administrabitur, ut ea quidem, quæ vel ad ex- peditiones Minoris Gratia, vel ad publicum Peniten- tiarie statum, & regimen pertinent, & quæque a Pro- Sigillatore, ut supra, asservari, seu respective describi, & regestari debere decrevimus, possit eidem Pro-Sigil- latori in Archivio prædicto disponenda, & conservanda committere. Hic autem demandatum sibi munus, ea qua par est, diligentia & fide implere teneatur.

§. 38. Quæ vero negotia per Penitentiarium ip- sam, juxta facultates suas ordinarias, vel etiam vir- tutem specialium Oraculorum Romani Pontificis, in particularibus quibusdam casibus consecutorum, per eisdem Penitentiarie Procuratores, seu Secretarios expediri solent; eorum omnium quæcumque con- servari monumenta oportebit, veluti, Supplicationes, & alia quæ in superius dictis circa Scriptorum mu- nera attigimus, ea omnia in altera parte ejusdem Archivi, sed in Armario, seu Armarii clausis, & obsertatis seposita, conserventur & custodiantur, sub cura solius Sigillatoris. Qui tamen in hoc uti poterit opera, & auxilio Procuratorum Penitentiarie, quo- rum etiam alicui didorum Armario- rum clavem dare poterit retinendam. Sedulo autem curare debbit, ut eorum omnium, quæ in hac secretori Archivi parte custodiuntur, suum quoque Inventarium, ac Regestum conficiatur; cui similiter, quæ supervenerint, adscri- bantur.

§. 39. Sed illud inviolate servari statuimus, præcipimus, ut si quando contigerit, etiam ad partem, vel aliorum quorumvis instantiam, aliquid in prædicta Archivi secreta parte, vel ad sumpta, seu duplicata conficienda, vel alia quavis de causa re- quiri, & inveniri oportere, tunc istum omnem la- borem Sigillator, seu Procurator, gratis omnino im- pendere debeant; nihilque aut ratione itineris, vel laboris quantumvis extraordinarii, in quærendo, de- scribendo, aut alio quocumque titulo, possint a par- tibus, vel aliis accipere; etiam si agatur de materiis ad forum externum mixtum, vel separatim pertinenti- bus; Sacrosanctum enim hoc esse volumus, & invio- labile, ut nihil penitus, quod, per Officiales Peniten- tiarie Nostræ Apostolicæ faciendum est, aliter quam gratis fiat.

§. 40. Ac ne quid desiderari possit, quod ad Archivi ejusdem perfectionem, utiliumque scriptorum conser- vationem conducatur, opportune commendamus, atque monemus, ut quotiescumque evenierit cuiuspiam Of- ficialis Penitentiarie, vel obitus, vel officii dimissio, tunc Sigillatori prædicto cura sit, vel per se, vel per aliquem ex Procuratoribus, seu Secretariis, Libros, & scripta recuperare, si qua ille penes se habuerit, vel Penitentiarie propria, vel de rebus ejus secretis agen- tia; ac parum utilibus signi traditis, cætera vel Archivio committere, si eo loco digna sint, vel Successori, al- terive Officiali utenda concedere.

§. 41. Et quia publicæ rei vehementer interest hu- jusmodi Archiviorum bonus status & conservatio; ideo volumus, ut quotannis vel Major Penitentiarie ipse per se, vel Sigillator, prædictum Archivium visitet, & sedulo recognoscat tam partem obsertatis Armarii com- positam, adhibito etiam quoad hanc partem alteram Pro-Sigillatori commissam; visitando insuper Scriptu- ras, Libros, Regesta, aliaque nedum Archivio illata, sed adhuc penes eundem Pro-Sigillatorem retenta, cu- jus visitationis relatio postea Majori Penitentiarie, si ipse per se non visitaverit, fieri quamprimum debeat.

§. 42. Depulsa igitur e Penitentiarie Nostræ salu- berrimo Officio confusione quilibet, aut minus or- dinata permixtione functionum, ipsiusque Officii nitore, ac puritate adversus cuiusque labis periculum diligentius circumspiciamus, omnes, & singulos in eadem Penitentiarie laborantes hortamur in Domino, & enixe monemus, ut pro se quicunque piam castamque mentem ad impositum sibi munus obeundum pro Dei æterni gloria, & Christianissimi salute acriter inten- dant, & pro virili parte conentur, ut cuncta prospera, & hoc tanto Officio digna succedant, Sedeque Aposto- lica pro bene gestis condigne laudis præconio in singu- lis Christiani Orbis partibus plenius celebretur.

